



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Concilia Provincialia Mediolanensis Sex

Borromeo, Carlo

Venetiis, 1602

Cura disciplinæ morum in eisdem locis. Cap. XXII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62072](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62072)

nium communi, aut, vbi optimè potest, stas illis significationis horis prætabitur.

Quam ob causã in vnaqua; vicinia, vbi hæc precatio horaria celebrabitur, vnus, pluresuè Ecclesiastici homines, aut, si tales non ad sunt, alij pij viri, orationis vsu instructi, ad fenestram, foresuè ædium adhibebuntur, qui stata quaque hora, qua significatio fiet, orationis huius institutum, atque vsam rectè, ritèque moderentur, & dirigant, & eius studium in horas ferè singulas ardentius excitabunt.

12 Curabit præterea Parochus, vt diebus saltem festis, vbi sunt, qui benè norint, de beata Maria virgine officium precum horarium stas illis septem horis distinctè recitent.

Sæpè euulgabit, atq; edicet, quò fideiũ mentes ad huius precatiois vsu, studiumque inflammet, indulgentias eo nomine concessas.

13 Ac præterea quidè, vnicuique Parocho, & Sacerdoti, breuiũ illorum librorum, quibus Epi iussu certæ preces, & litanæ eius orationis causa editæ continentur, copia fiet, & gratis aliquo modo suppeditabitur, vt Parochialibus suis, & alijs, prout vsu venerit rectè distribuat.

14 His, atque adeò alijs omnibus pietatis exercitationibus Parochus, alijsuè Sacerdotes, curationi spiritali præfecti, homines, sibi commissos, tẽpus in domibus oclusis, alijsq; locis tuguriorũ salutariter, & religiosè consumere studebunt quàm diligentissimè; vt nè otio tabelcentes procliuus prolabantur ad Dei offensiones, & ad turpia flagitia.

Cura disciplinæ morum in eisdem locis.

Cap. XXII.

S V M M A R I V M.

- 1 Cura disciplinæ morum in locis publicis, Parochis, & Sacerdotibus commendata.
- 2 Mulierum
- 3 Virginum } pudicitia, & curæ eorundem opera consulendum.
- 4 Pupillarum }
- 5 Marium à feminis separatio.
- 6 Matrimonio celebrando à Tridentini Concilij forma non recedendum: & quid ulterius cauendum.
- 7 Concubinitus suspitioni ut prospiciendum: quique ea de re per Parochum admonendi.
- 8 Morum corruptela quæcumque Sacerdotum opera tollenda.
- 9 Viri deligendi, qui morum corruptelas denuncient, & quibus.
Parochus



Parochus, animarumque curator, & alij item Sacerdotes, curæ spirituali in locis præfecti, ubi infecti, suspectiue morantur, caritate paterna, & diligenti studio videbant vitam, mores, pietatem, & religionem non modò eorum, qui pestis morbo suspecti, in hospitalibus, publicis domicilijs, aut intrà tuguriorum septa, sibi comissa,

habitant, & illorum, qui præsertim reclusi, intrà Parochiæ suæ fines, in priuatis domicilijs manent, sed monachorum, & famulorum, & ministrorum, quicumque illis operam nauant, & eorum præterea qui in illorum custodia collocati sunt.

2 Mulierum pudicitia, & adolescentum honestati prospiciant, qui intrà ea septa, hospitali suæ domos, aut domicilia priuata inclusi degunt.

3 Præcipuâ autem curâ suscipiant, & sustinebunt, puellarum, virginum, & foeminarum, quæ vel parentibus, vel coniugibus mortuis, discrimini, & periculo pudoris, ac pudicitia magis obnoxie, atque expositæ sunt.

Eas senioribus foeminis, & spectata honestate, pietatisq; studio insignibus, quæ in illis locis morantur, diligentissimè committent; qualisque in manum tradent, & commendabunt omni caritatis officio.

4 Pupillarum itè, præsertim infantum curâ gerent, eaq; potissimum rationem habebunt, vt certo loco separato, dum in publicæ curationis domicilijs, locisue sunt, piè, rectèque educentur.

5 Cura eorundem erit, hæc etiam, vt quò ad eius fieri potest, à foeminis maribus vbiq; separatim degant, præterquam si qui sunt eiusdem familiae.

Curabunt præterea vt non solùm euitandæ contagionis, sed honestatis in primis tuendæ causa, qui in vno cubiculo, tuguriolouè degunt, nullum suspectum cõmertium consuetudinè habeant cum alijs, qui vel sunt diuersæ familiae, vel in alio diuerso tugurio, cubiculouè manent.

6 Sæpè fit, vt in ijs curationis publicæ locis non modò palàm, sed occultè futuri matrimonij sponsiones fiant: idèd Episcopus curabit, vt qui in illis locis, aut paulò postquam indo egressi sunt, matrimonium cõficere volunt, illius statè denunciations cum in Ecclesia Parochiali, tum eò èt loci, vbi inclusi pestis causa sunt, aut paulò antè fuerunt fiant.

Ne quid verò de matrimonio contrà agatur, quàm Tridètina sanctione præscriptum, idèd quàm sæpissimè illa in locis publicæ curationis promulgetur, atque exponatur.

Ne præterea puellæ in fraudem inducantur; omnis alia diligens ratio per Parochum, Sacerdotemue, qui spirituali curationi præest, adhibebitur.

7 Vbi aliqua, vel concubinitus, vel vitæ turpis suspicio suboriatur,

aut

aut indicium exister, de hac re omni Parochus, Sacerdosue, spiritualis cure prefectus, Vicarium foraneum, aut prefectum regionarium, & hi Episcopum certiores statim faciant, vt in tempore, primùm re inuestigata, cum remedium opportunum periculo adhibere possit, cum flagitiosa vita, omnique uitio diffuens, reprimatur, & coerceatur.

8 Ille verò morum corruptelæ, quæ in ijs locis magna cum Dei offensione vulgò existere solent, quales sunt, commestationes, exhilarationes, cachinnationes, inhonestæ congressiones, obscenæ colloquutiones, detractiones, maledicendi vltus, ludificationes, gestulationes, lusiones, ludi aleatorij, saltationes, tripudia, crapule, comotationes, congressusque illi, tot peccatis coniuncti; omnesque demùm turpes actiones, vt tollantur, radicitusque extirpentur; ijdem Sacerdotes, & priuatis colloquijs, & cõcionibus, & suasionibus, & cohortationibus, & omni officij genere agent planè diligenter.

Quod si ijs rationibus assequi nõ poterunt, quod ex disciplinæ Christianæ vsu erit, Episcopum ipsum adibunt, qui offensionibus eius generis omni via occurrat.

9 Quam ob causam, quò diligentius scilicet idem Episcopus nota, atque explorata habeat, quæcumque in ijs locis ad morum emendationem, correptionemque opus erunt; certos etiam aliquos laicos homines, Christianæ, sanctæque disciplinæ studiosos, non modò in tuguriorum finibus, hospitalibusque ædibus publicis, sed in omni Parochia secretò constituet, qui omnia inhonestæ, turpisque vitæ pericula, flagitiosas actiones, & corruptam omnem eorum disciplinam, qui ibi degunt, prudenti exploratione, diligenter indagent: quæque in offensa esse uiderint, de ijs, uel Episcopum ipsum, prefectumue regionarium, uel Vicarium foraneum, uel Parochum, uel Sacerdotem etiam curatorem sepissimè, atque adeò quotidie, si opus erit, certiorè facient.

Quæ disciplinæ ratio Parocho, & Sacerdotibus curationis publicæ tenenda sit. Cap. XXIII.

S V M M A R I V M.

- 1 Parochi & Sacerdotumq; } disciplina in curatione publica.
- 2 Hi ad testamenti factionem neminem inducent: Abstinebuntque à testamenti, Codicilli, & omnis vltimæ voluntatis conscriptione. 3.

Parochus,